Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

fertorum quos vermiculos dicunt distinctas
et inter se coniunctas. Murenule aliter di-
minutive dicuntur a similitudine piscis
marini qui murena vocatur. Mysti-
ce murenule sunt perplexe scripturarum dog-
mata ex diversis sanctorum patrum sententiis
inter se coniuncta. Aurum quippe claritatem
significat sensus spiritualis. Argentum vero
nitorem eloquii significat. Murenulas
ergo aureas sponsus sponse sue facit,
cum christus ecclesiam suam doctius sanctorum
patrum sensu et eloquio fulgentibus instru-
ctam ad illorum fidem et virtutem imitan-
dam accendit. Notandum quod plura-
liter dicit: Faciemus, est quasi enim
se christus per sermones doctorum coniungit, per quos
ipse murenule concatenantur. Ver-
miculis etiam exornetur. Vox sponse.
Cum esset rex in accubitu suo nar-
dus mea dedit odorem suum. Vox
sponse regem sponsum suum dicit, qui
per divinitatem suam omnia regit, qui
etiam secundum humanitatem de regia da-
vidis stirpe natus est. Accubitus huius
regis fuit incarnatio eius. Accum-
bere enim est dissimulare et reclinare.
Sic tunc christus accubuit quando pro nostra re-
demptione se usque ad insipientiam
naturam nostram inclinavit. Et tunc nar-
dus dedit odorem suum, quando virtus
ecclesie magis enituit. Cum enim con-
sideraret deum propter se hominem factum, amplius
ad spiritualium virtutum studium et ad a-
morem sui conditoris accendit(ur).
Nardus enim fragrantiam virtutum
spiritualium designat. Erant quidam
sancti ante incarnationem dei, sed sancte dictum est
sanctitas magis a tempore incarnatio-
nis est exorta et tunc quodammodo nar-
dus ecclesie, id est virtutum fortius dedit o-
dorem suum. Iuxta litteram nardus
est arbor aromatica crassa et fra-
gilis radice, foliis parvo et denso.

Cuius cateruula maritas se spargit.
Hoc unguento Maria Magdalena pedes
domini et caput perunxisse dicitur in evangelio
cum esset in domo Symonis leprosi.
Fasciculus myrre dilectus meus mihi. Myrra
species est aromatica nimie amari-
tudinis, qua mortuorum corpora condi-
untur. Hoc loco passio christi et sepul-
tura designatur. Nam depositum cor-
pus de cruce a Nychodemo et Ioseph myr-
ra et aloe conditum est et involutum. Dic-
it ergo etiam sponso suo: Dilectus meus fas-
ciculus myrre factus est, quia pro me mor-
tuus est et sepultus. Inter ubera mea
commorabitur. Nemo dubitet locum cordis
inter ubera esse. Dicit ergo: Inter ubera mea com-
morabitur, id est in memoria cordis mei et-
ernaliter habebitur, et numquam tantorum bene-
ficiorum eius obliviscar, sive in prosperis
sive in adversis recordabor eius
qui me dilexit et mortuus est pro me.
Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis
engadi. Cyprus insula est in qua vi-
tes nobiles esse feruntur maximos
botros portantes. Engadi locus similiter
fertur esse habens arbusculas liquorem
balsami desudantes. Loquitur ergo spo-
nsa de resurrectione sponsi sui. Botrus
cypri dilectus meus mihi, ac si diceret: Sponsus
meus qui mortis amaritudinem pro me
gustavit, et qui fasciculus myrre mihi fuit,
in resurrectione sua factus est mihi botrus cy-
pri, qui me gaudio sue resurrectionis le-
tificavit. Vinum enim letificat cor hominis.
Et hic in vineis engadi, quia sua resurrecti-
one quasi suavissimo balsami odore per
universum mundum redolevit et fragran-
tiam sue fidei late dispersit. Engaddi
autem fons hedi interpretatur, per quod significatur
baptisma et sacramentum quod omnia peccata ab-
luunt. Hedus namque peccatores signi-
ficat. Baptismus enim fons hedi est, quia
peccatores suscipit, sed emaculatos et mun-

me
q
vel tac
cypri
por
cimulus